

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Honores In Theologia Svmmos Viro Svmme Reverendo Et
Doctissimo Ioanni Frider. Christoph. Graeffe Philos. Doctori
Et Art. Liberal. Magist. Ecclesiae ...**

Pott, David Julius

Helmstadii, [1796?]

VD18 13280759

§. XIV. Continuatio.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Diiis, iuris dicundi assessoribus, arrisisse videatur, homines felici ac fertili praedio expelluntur, et expulsi Cherubis ⁷⁰⁾ arcentur, in primis vero Adamus alibi, victus sibi comparandi causa, ingratam tellurem aegre ac misere proscindere iubetur. v. 23. 24. ⁷¹⁾

§. XIV.

Continuatio.

Remoto iam figurato dicendi genere, *philosophemata* remanent haec:

a) *Homines*, qui iusto altiorem sapientiam captabant, qua ad degendam vitam luxuriosam, omniumque voluptatum ac deliciarum varietate refertam, abutebantur, (III, 6.) haec ipsa viuendi ratione corporis valetu-

⁷⁰⁾ De hisce monistris cf. praecipue **GABLERUM** I. c. Vol. I. p. 258. seqq.

⁷¹⁾ Sic igitur v. 20-24. cum totius narrationis argumento arte cohaerent, quae, haud additae poenae exsequitione, manca, et non ad finem pertexta, videri potuisset. Quare vix esse putauerim, quod cum **EICHORNIO** (*Vergeschichte* in fin.) hosce versus additamenti loco ad persos esse statuamus, vt futurae hominum sagacitati in explorandis quaestioneibus his: num Eva iam in paradiſo pepererit? v. 20. unde nam vestimentorum usus originem habeat? v. 21. denique, cur Adamus immortalitatis fructus non comederit? v. 22-24. fatisficeret, et materia suppeditaretur.

dini adeo nocua, mortalitatis sortem, ab hominis primaeua natura prorsus alienam (II, 17.) sibi consciscabant. (III, 19. coll. 22-24.) Eadem profusa luxurie, qua diffluentes sibi sapere videbantur (III, 6.) factum est, ut vi-
ris, debilitatis sic corporis viribus, agricul-
tura, ex qua homines, in primaeua vitae in-
tegritate, nonnisi voluptatem percipiebant,
(II, 8. 9. 15.) tantam molestiam, (III, 17. 18.
19. 23.) mulieribus vero, per delicias delica-
tulis, partus, alias facillimus,⁷²⁾ tantos do-
lores crearet. (III, 16. 20.) Quid mirum au-
tem, maritum, ad coercendam hanc ipsam
mollitiem, ac rerum, ad vitae delicias per-
tinentium, cupiditatem, mulieris ingenio peculiarem, qua insuper, praecipue ybi blandi
vxoris adamatae sermones accesserint, et se-
met ipsum ad eandem luxuriose viuendi ra-
tionem adhuc magis abreptum, et in vitae
miserias inde oriundas, demersum sentiebat,
saeuum in vxorem imperium exercere?
(III, 16.)

b) Ad *serpentem* vero quod attinet, et ipse, pro astutia sua, fructibus delicatori-
bus, naturae suae haud congruis, et maxime
pestiferis explorandis, exploratisque
com-

⁷²⁾ In multis regionibus foeminas robustas fa-
cillime adhuc parturire, testes sunt: *Ludolphus hist. Aethiop.* I. I. c. 14. *Chardin voyage en Perse Tom. II. Thevenot voyage aux Indes orient.* P. I. I. I. c. 25.

comedendis, primaevam corporis sui formositatem adeo deformasse putandus est, ut tantum non mutilatus euaderet; praeterea horum ipsorum fructuum, sibi haud destinatorum, esu, rabies perniciosa serpentem imusat; qua instinctus non minus homines quam animalia adoriri, morsuque venenato necare gestit. Quo fit, ut et homines, huius periculi a se depellendi causa, vicissim serpentem persequantur, et interimere conentur, animalia vero eum fugiant. (III, 14. 15.)

c) *Tellus* denique, cum in tam voluptuosa hominum viuendi ratione, industriae ne scia, et in tanta corporis debilitate, intemperantiae comite, agricultura negligeretur, ut sterilis, vepribusque obruta euaderet, necesse erat. (III, 17. 18.) ← Neque tamen omni fructu caruit sapientia ista ab hominibus captata, siquidem, hac ipsa duce, homines tunicis pelliceis sibi conficiendis, tuguriis condendis, artibus, seu rusticis, seu domesticis, inueniendis, et i. g. aliis vitae subfidiis et commodis sibi parandis, miseriam suam subleuare, necessitate coacti, sensim allaborabant. (III, 21.) ⁷³⁾

§. XV.

⁷³⁾ His iam ita explicatis, priora Geneeos capita aptissimo nexu inuicem cohaerent. Praemissa est Gen. I. rerum omnium *creatio*, quam statim Gen. II. excipit *aurea aetas*. Hanc. cap. III. sequitur *aetas argentea*, quaē cap. IV. sqq. abit in *ferream*, iurgiis, necibus, bellorum calamitatibus et i. g. a obnoxiam.